Handschrift

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8405
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

gentes quod vi(de)l(icet) unum semen xpus e(st) Non revertetur non congruet
ymmo indecens deo esse verum Qui sicut alia scriptura testatur
semel loquitur et secundo adipsum non repetit Non repetivit non imu
tavit sed aliud dixit aliud super addidit Si audieritis vocem meam et
custodieritis pactum meum eritis mihi in peculium de cunctis gentibus dabo
vobis terram fluentem lac et mel. custodiam vobis pactum et iuramentum
quod iuravi patribus vestris quam utique si non custodieritis prevaricantibus
vobis mendaciorum custodiam patribus vestris quibus iuravi et omnibus
gentibus benedictorum per missi in semine eius Idem est in david Semel
namque hoc esse in manifeste fidem abolere promissionem si quod iuraverat
et promiserat contra per legem destrueret propter supervenientia delicta Sed qui
non fecit sed fidelis permansit in omnibus verbis suis Semel iu
ravi inquiens in sancto meo si david mentiar semen eius in eternum
manebit etc. Ergo iustificatur in sermonibus suis et vincat dum iu
dicatur quia immutabilitas non potest argui Capitulum xxi [Item Dico quod idem apostolus ait iustitiam dei in evangelio revelari ex fide in fidem at que illa iustitia sit]

Quam aliam iustitiam putamus in evangelio revelari et revelari
sicut apostolus dicit iustitia enim dei revelatur in eo ex fide in
fidem sicut scriptum est Iustus autem ex fide vivit Iustitia dei in incarnatione
est filii dei qui factus est ei ex semine david secundum carnem Incarnatio
inquam uel adventus ihesu christi filii david filii abrahe Hec iustitia in
evangelio revelatur. Num parva est hec iustitia dei Non parva sed valde
magna et valde laudabilis. quia per illam incarnationem dum fit ex se
mine david iustificatur deus in sermonibus suis implendo quod promisit
custodiendo quod iuravit deus verax et fidelis Attende per pulchram
huius iustitie diffinitionem Iustitia in quam ex fide in fidem Cuius ex fide
nisi eius qui promisit qui iuravit Cuius in fidem nisi eius qui promit
tenti credidit qui iuranti fidem adhibuit scilicet abrahe sive david.
Iustitia hec alia est et alia illorum israhelitarum qui non fuit israhelite veri
quia suam querentes statuere iustitiam huic iustitie non sunt subiecti Que
nam est illorum iustitia Nimirum non iustitia ex fide in fidem sed quasi ex
operibus in opera quasi abraham ex operibus iustificatus sit Cum scriptura
dicat credidit abraham deo et reputatum est illi ad iustitiam et quasi
ipsi ex operibus iustificari possint cum item scriptura dicat quia non iusti
ficabitur in conspectu tuo omnis vivens Bene ergo iustitia dei que in evangelio
revelatur diffinita est dicendo iustitia ex fide in fidem quia videlicet quod di